

In Samnio, non longe a Boviano vetere, prope Vasto Girardi (I 1278. IX 2770 vedit Dressel). — 1) In lapide fuit pilus (vel hastatus vel princeps) primus (vel septimus vel decimus).

2235 M. Albio M. f. Ste. leg. | XXX¹, signifero, | Albiae M. l. Hilarae, | Curtiai P. l. Chilae, | Epaphroditus et Celer | liberti f. c.

Beneventi (IX 1603 vedit Dressel). — 1) Legionis tricesimae milites deductos esse Beneventum lapides multorum militum eius legionis ibi reperti (cf. C. IX p. 137) docent. Factum id est sine dubio temporibus triumviralibus. (Inter oppida Italiae anno 712 militibus destinata Beneventum enumerat Appianus b. civ. 4, 5). Praeterea eo deducti sunt etiam milites ex legione sexta Ferrata. Omnino diversa est legio tricesima Ulpia conscripta a Traiano.

2236 C. Titi C. f. Ro[m.] | Magni, leg. V | urb.¹ signifer.

Prope Ateste rep. (V 2514 vedit Mommsen). — 1) Eiusdem legionis quintae urbanae miles memoratur in titulo item Atestino V 2518, tertius in titulo qui et ipse videtur olim Ateste stetisse V 2513. Eiusdem videntur fuisse milites duo legionis quintae Ateste sepulti V 2508. 2510, quamvis urbanae vocabulum ad numerum legionis non adscriperunt. Apparet aliquando milites ex ea legione Ateste deductos esse. Factum id esse videtur post bellum Actiacum, quo tempore eo deducti sunt etiam multi milites legionis undecimae (cf. ad N. 2245).

2237 T. Campusius C. f. Ser. | veteranus de legione | V Galica (*sic*).

2238 T. Cissonius Q. f. Ser. vet. | leg. V Gall.

Dum vixi, | bibi libenter; bibite vos | qui vivitis.

P. Cissonius Q. f. Ser. frater | fecit.

Antiochiae Pisidiae (III S. 6824 descr. Sterrett, 6825 descr. Ramsay). — Tituli hi cum tertio III S. 6828 docent milites e legione quinta Galica Antiochiam deductos esse. Legionem eandem esse, quae alibi appellatur Alaudae, coniecit Henzen. Coloniam Romanam Antiochiam deductam esse testatur Strabo 12, 8, 44 p. 577 cf. Plin. h. n. 5, 94 et nummi ap. Eckhel 5, 48.

2239 C. Cabilenus C. f. Fal. | Gallus leg. VIII Mutinensis.¹

Teani (X 4786 aliquoties descripta saec. XVIII). — 1) Legiones octava haec Mutinensis, nona triumphalis (N. 2240), decima Veneria (N. 2241), duodecima paterna (N. 2242), in singulis tantum titulis memorantur.

2240 L. Vinusius | L. f. veter. | leg. VIII | triumph.¹, | Septumiae | P. f. Sabinae | uxori, | Vinusiae Tertulliae f. anno[r.] | X . . .

In Histria rep. prope vicum Visinada, est Venetiis (V 597 vedit Mommsen).

— 1) Cf. N. 2259 not. 4.

2241 C. Lanius | C. f. Ani.¹, de | leg. X Vener.², | L. Lanius C. l. (*sic*) | Eros filius³ | de suo |

Bagnoli, nunc Brixiae (V 4191 vedit Mommsen). — 1) (Tribu) Aniensi. — 2) Cf. N. 2242 not. 4. — 3) Fortasse filius naturalis patroni (Mo.).

2242 . . . Tertia | [uxo]r. | L. Vettidius C. f. | veteranus leg. XII | paternae¹, sexvir, aed.